



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

IX. De iis qui alienos ciues ordinant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

clesiæ commendatos, si quis in seruitutem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur.

VIII.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit, prius definiat, vt cum ipso habitet. Sic quoque non sine consultatione eius episcopi, cum quo ante habitauit, eum, qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est, ordinare præsumat.

IX.

Si qui autem alienos ciues, aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinati in vlllo accusantur, aut ad se eos reuocent, aut gratiam ipsis eorum impetrent, cum quibus habitant.

X.

Si quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio, aut ecclesiastica vtilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, permissa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reseruatur, in cuius territorio ecclesia assurgit: reseruata ædificatori episcopo hac gratia, vt quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is cuius territorium est; vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit, pertinebit. Quod si etiam sæcularium quicumque ecclesiam ædificauerit, & alium magis, quam eum in